605

Actum in Castro Premysliensi Feria Quinta in Crastino Festi Transfigurationis Christi Domini Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

7/VIII 1659

Iustimonty Testametum Approbat.

Comparens personaliter coram Officio Actis praesentibus Castren[sibus] Capitanealibus Premyslien[sibus] Generosus Andreas Iustimonty Venator Terrae Sanocen[sis] Sanus mente et corpore exemptus a Terrestribus Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis Appriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castren[si] Capitaneali Premyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum Suc[c]ess[o]ribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiicien[s] palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse dispositionem suam Testamentariam Ultimae Voluntatis suae per se Ryntem[?] ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Testamento expressarum de actis et data eiusdem Testamenti in Villa Sietessa[?] die Vigesima Secunda Iulii Anno praesenti in scripto conceptam manu sui Ryntis[?] propria et certorum Amicorum in eodem testamento specificatorum subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Testamenti Conditionibus punctis clausulis articulis ligamentis ac nexibus quibusuis generaliter Vniuersis in toto approbat confirmat et ratificat inscribendo et roborando

vando Successores sui Recognoscens quod fata sua in eo
super bonis suis generaliter obuenientibus summisque quibuscunque pe-
cuniis habitis et habendis hoc idem Testamentum post
mortem decessumque sui Regentis in omnibus conditionibus
punctis clausulis articulis et legamentis eorundem approbat
legataque quarumuis personarum Jus et interesse aliquod
ad contenta eiusdem Testamenti sese habere praetendentes
firmiter tenere complere et exequi eidemque testamento
ac omnibus illius singulisque punctis tam in toto quam in
parte toties quoties opus fuerit satisfacere. hoc idem Te-
stamentum ad Inscriptionem praesentem Roborationem et In-
scriptionem praesentem Roboratoriam ad dictum Testamentum
Vicissim in toto referendo. Atque sub Damnis Terrestribus sim-
plicis absque corporali Juramento taxandis per Successores suos in
Casu non satisfactionis Contrauentionisque Contentis dictae
eidem Dispositioni testamentariae personis et legatariis
eiusdem Testamenti Jus et interesse aliquod ad hoc idem
Testamentum se habere praetendentibus ad soluendum succumbens
Pro quibus quidem damnis Terrestribus simplicibus absque corporali
Juramento taxandis et eidem modo praemisso ad soluendum suc-
cubuit ac pro re aliqua particulari ex contentis eiusdem Testamen-
ti non completa complendi litis contestatione mrati Successores sui Re-
gentis aut Executores Testamenti sui ad instantiam Legatario-
rum et personarum Jus et interesse aliquod ad hoc idem Testa-
mentum se habere praetendentium Juxta seriem et ut testamentum
cuiuslibet eorum vel illorum Judicium ad Officium praesens
Castrense Capitaneale Premysliense extunc recessu superatto qui
ad respondendum spectat, mediante semper in primo Ci-
tationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere
respondere damna praetacta Terrestria simplicia taxata luere
Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Judicatum pati eosdem
Successores sui Regentis aut Executores Testamenti eiusdem sui

insimul et

inscribit et obligat illum Terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde consequentes Causis eiusdem Termini semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori, Minorennitate Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum Servitio Militari, ad Monumenta ad Quictorem, Vel alus quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem Vtra suprimus Officij praefati Castren. Premyslien. Termini dilatione non incapiendo, nullasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis Simplicibus vel duplicatis quatenus Suspensionibus fatalis Iuris, prorogatione Termini, bellis Conventionesque, alijsque Iuris remedijs et defensis non subueniendo nec modo alio quouis euadendo. Itaque praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premysliensi feria sexta ante Festum Sancti Laurentii Levitæ et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono 8/VIII 1659

Opalinska Gloskowskiey Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premyslien. Religiosa ac Deo dicata Virgo Franciska Opalinska Monialis Conuentus Iaroslauien. Regul. Sancti Benedicti cum personali assistentia Religiosae ac Deodicatae Virginis Annae Kostczanka eiusdem Conuentus Iaroslauien. Abbatissae et tutoris